



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

7. Verberatio Ecclesiasticorum Iudicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

uxore honeste repertum ad 24.
horas detinere ut Prælato suo siste-
retur, cauere tamen debet ne
verberet: Idem. Cit.

VII. Præterea Iudices Eccle-
siasticos qui seruato procedendi
modo, Clericu~~t~~ torqueri aut ver-
berari virgis mandant per laicum,
etiam si adhiberi possit Clericus,
quod nullum ius id prohibeat;
Verberatio namque ex Cap. Uni-
uersitatis dirigitur ad disciplinam
Regularem, cum tortura non ad
punitionem sed ad confessionem
criminis dirigatur. Licet aliqui
afferant torturam æquè ac verbe-
rationem, si Clerici copia adsit, à
Clerico esse perficiendam, nihil
ominus videtur consuetudo juri
præualuisse, si quod est, & quide[m]
merito, quod tortura præsertim
acerbior nec commodè nec hone-
stè à Clerico possit exerceri. Benè
notanda doctrina Cap. contingit

D 3

36. de-

36. desentent. Excom: lib. 5. tit.
39. quæ excommunicari etiam illum habet, qui volentem Clericum v. g. ob præcedentem iniuriam percutit, quia ad Canonis censuram incurrendam non oportet actionem illam semper respexit illius, cui infertur, sed sufficit esse iniuriosam clericali ordini. Et Clericus tali verberationi se subiiciens ibidem dicitur excommunicandus, adeoq; de facto non est excommunicatus, & praxis testatur pro excommunicatis haberi, qui contumeliosos, rixosos & à calumniando etiam monitos desistere nolentes percutiunt, modo fiat percussio ad vindicandam vel iniuriam vel per modum punitionis: sic Religiosus ad castigandum corpus se flagellis cædendum aliis offerens aut per se, moderatè id est, cum Zelo

Zelo discretionis, sine homini
aut statui actione iniuriosa cæ-
ditur. Quod si Clericus vel Reli-
giosus se ipsum occideret extra
necessitatem, aut aliam violen-
tiam inferret, ex qua vel pericu-
lum vitae, grauis morbus alia-
que grauia incommoda seque-
rentur excommunicationem Ca-
nonis incurreret sicut & ille,
qui consentientem tam dire sta-
gris concideret, quia verè vio-
lentiâ & iniuria naturam & Cle-
ricalalem ordinem afficeret, & po-
tissimum si accederet libido vin-
dictæ.

VIII. Incendiarii, si tanquam
excommunicati fuerint denun-
tiati. Cap. Tuâ nos. de sent. Ex-
com: Intellige, non tantum eos
qui saepius incendia consueuerunt
excitare, tanquam ex vitioso habi-
tu, sed etiam qui vna vice scienter

D 4 & vo-